SIguiſus frater fuit fortiſsimi ducis Balduiſi, qui
ex ſorore Ambigati regis Galliæ prognatus fu
erat. Erat autem eo tempore Gallia cum adiuncta
Germania populoſiſsima. Itaqꝫ Ambigatus, ut mul
titudine hominum liberarẽt, ſuis ex ſorore nepoti-
bus autor extitit, ut copijs ex ſuis collectis in Italiã
aut interiorem Germaniam proficiſcerent, atqꝫ no
ias terras occuparent. Erant aũt illi duo inſigni ani
ni & corporis fortitudine præditi. Itaqꝫ 30 000 mi
itũ aſſumptis, copias inter ſeſe diuiſerũt. Siguiſus
Rhenum tranſgreſſus Germaniã, Belloueſus Italiã
nuadere ſtatuit. Habebat Siguiſus in ſuo exercitu
Tectoſages gẽtem fortiſsimã. Cum ijs Hercyniam
ſyluam ingrediens, partem Germanię nobiliſsimam ad Neckarũ fluuiũ ſitam
occupauit. Illi poſtea adeò inter Germanos creuêre, ut eorũ magna autoritas
Iulij Cæſaris tẽpore inter alios extiterit. Ab ijs etiam Teccenſis ducatus apud
Germanos ortus, qui hodie ducibus Vuirtenbergenſibus ſubiectus eſt. Hãc
expeditionem Siguiſus auunculi ſui conſilio ſuſcepit, anno mundi 3346. Ioan.
Stumpff. libro tertio Gall.